

NOVA VRBIS ROMAE


STATVTA SVPER CAVSIS CIVILIBVS, A MAGISTRATIBVS ROMANIS

promulgata & per Sanctissimum D. N. D. Leonem X. Pont. Opt. Max.

MOTVPROPRIO CONFIRMATA.



CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.



QVONIAM Sæpenumero propter tempo- rum, ac negociorum Varietatem, variantur & leges, Proptereaque illarum reformationes & interpretationes de nouo fieri expediat contingatque a, curia Capitolii (ex eo quod in aliis curiis Vrbis summarie proceditur, nec iudiciariis ordo, ex quo multæ nullitates descendunt in eis seruatur) multos distrahi & litigantes sæpe plus super nullitatibus quam in principali negocio laborare, ac etiam pro negociorũ decisioue multa vtilia reformanda eueniunt Idcirco, magistro Iohanne Baptista de Verallis, Magistro Cæsare de Maniliis, Domino Petropaulo Veccio, almæ Vrbis Conseruatoribus, ex publico Decreto adhibitis Domino Angelo medices de Cesis I. V. D. Mario mellino Cancellarius Vrbis Dominicho de Pichis Capitum Regionum Priore, Petro de Gelatis, Iacobo de nobilibus Petro Stephanucio de Alberteschis, Bartholomeo de Federicis, Iohannebaptista de sanguineis, Virgilio Cincio, Laurencio Matabufo, Marcomarcello Leno, Iacobo de Buccabellis, Pauloantonio de Sanguineis, Laurentio Bernardino, & Francisco Maccio Capitibus Regionum eiusdem almæ Vrbis, Paulo Plãca, dicto Angelo medices de Cesis, Antonio leonio, Tarquinio de sancta Cruce, Mario Salamonio, Sacrosancti Consistorii Aduocatis, Marcoantonio de Alteriis, Petroãtonio de Mattheis, Francisco de Brancha, Patritiis, Dicto Antonio Leonio, ac Iacobo Lyrico Capitolini collegii patronorum & notariorũ Præfectis, Dictoque Francisco Maccio, ac Hieronymo Riccio eiusdem Collegii correctoribus, ad id sæpe per diuersa publica Consiglia deputati, ob publicam vtilitatem Sanctiones has, a Sanctissimo in Christo patre & Domino nostro Domino Leone diuina Prouidentia Papa. X. Confirmandas Statuerunt & ordinauerunt.

NOVA VRBIS ROMAE STATVTA

super Causis Ciuilibus, à Magistratibus Romanis promulgata & per sanctissimũ dominum Nostrum Leonem. X. Pont. Opt. Max. Motu proprio confirmata.

De modo procedendi in omnibus causis excedentibus summam XXV. Ducatorum seu Illorum valorem Cap. I.

STatuimus ꝙ actor teneať citari facere reum personaliter vel alias iuxta formam citationis ad sententiam inferius describendam ad videndũ productionem petitionis & respondendũ illi, Quam facto teneatur exhibere in scriptis, & altera die vel alias ad libitum actoris ante tamen productionem articulorum reo uerbaliter citato ad contestandum litem, alias ad uidendum pronunciari litem haberi pro contestata & ad uidendum præstari iuramentum calumniæ eo non compare̅te, uel comparente & litem huiusmodi minime contestante, in eius contumaciam lis habeatur pro contestata: & actor iuramentum Calũniæ præstet. Quibus peractis producantur Articuli, inducantur testes aliaq; fiant hincinde in causa, quæ pro uerificatione seu Impugnatione dictæ petitionis respectiuæ necessaria fuerint aut opportuna. Teneatur tamen iudex in similibus causis dare trinas dilationes partibus ad probandum de eorum iure competentes, iuxta importantiam causarum, & difficultatem illarum, uidelicet duas ad probandum & unam ad probatum habendum per omne genus probationis, quibus dilationibus elapsis iudex causam expediat, nec requiratur alia tela seu ordo iudiciarius, & alias prædictis non seruatis sententia ferenda sit ipso iure nulla. Non possit tamen actor aliquid addere uel minuere dictæ petitioni post huiusmodi litis contestationem, seu habitam pro contestata, absq; refectione expensarum & iudex teneatur totam causam petitionis expedire absoluendo uel condemnando respectiue prout iustum fuerit, sub pena xxv. ducatorum.

De causis a xxv.ducatis infra,seu illarum ualore. Cap.II.

ITem etiam statuimus & ordinamus ut in causis a xxv.ducatis infra procedatur summarie simpliciter & de plano,sola facti ueritate inspecta , sine libello,litis contestatione iuramento de calumnia & aliis solennitatibus & ordinibus iudiciorum etiam substantialibus,cum aliquali petitione uerbali apud acta tamē redacta, seu per uiam monitorii nullis terminis seruatis in curia Capitolii seruari solitis , & dictum Statutum extendatur etiam in pensionibus Casalium,prædiorum prætii herbarum & domorum , responsionū,uinearū,& mercedis etiam cuiuscūq; summe & ualoris existāt.

De instantiis & fatalibus. Cap.III.

CVpientes , quantum possumus,finem litibus imponere & intricationes dierum utilium & prorogationū tollere , Statuimus ꝙ in prima instantia causa Ciuilis terminari debeat , infra Annū ꝗ currere incipiat a die litisconteſtationis,seu habitis pro contestata,in secunda uero instantia , scilicet appellationis causa terminetur infra sex menses,In tertia uero instantia,ubi esse contingat,infra quatuor menses decidatur:Quibus terminis seu instantiis decursis respectiue actor condemnetur in expensis & iudex incidat in penam xxv. ducatorum.Et nihilominus etiam post lapsam instantiam, teneatur iudex ad instantiam rei causam expedire , & omnia acta in dicta instantia facta fidē faciant in quocunq; iudicio.

De citationibus ac modo & forma citationum. Cap.IIII.

IN omnibus actibus iudiciorum seruetur Statutum antiquū sub Rubrica de forma citationis ciuilis & ad executionem instrumētorum, Testamentorum,Apodissarum & aliorum quorumcunq;, necnon immissione in possessionem ex primo uel secundo decreto , & ad sententiam audiendam, in qua etiam procurator citari debeat , ac etiam ad habendum aliquem pro confesso sufficiat

citatio sub hac forma, uidelicet. Coram tali iudice, Romana Casalis, domus, seu pecuniaria & similia, Citetur. n. exaduerso principalis ad uideñ. deferri iuramentum suppletorium, & concludendũ & audieñ. sententiam ad primam diem iuridicam, instante. P. Principali siue eius procuratore, cuius citationis copia, quatenus pars principalis personaliter apprehendi non possit, relinquatur in manibus domesticorum domus, siue affigatur per mandatarium in ualuis domus solite habitations eiusdem citati.

De causis executiuis instrumentorum. Cap. V.

QVod in causis executiuis instrumẽtorum & Appocarum terminus statutarius ad opponẽdũ & probandũ sit pereptorius ad omne genus probationis & perfecti examinis, itaq̃ nõ sufficiat iuraffe testes, nisi realiter deposuerint, quo elapso & non probato iudex exequatur realiter & cũ effectu unica citatione præcedẽte si ne alio mãdato quod uulgo dicit͛ executiuo, cõcedẽdo simpliciter Apodissam, nõ obstãte alio statuto, uel stilo cõtra disponẽte, & dicto termino durãte actor teneatur liquidare dictũ eius instrumẽtũ quatenus opus sit, Idẽ fiat ubi factæ fuerint aliquæ ꝓbationes quæ nõ releuãt, si uero cõtingat publicari testes, & fieri reprobationes, eo casu post datas copias per presentẽ legẽ reprobare uolẽs habeat terminũ quinq̃ dierũ utiliũ ad reprobandũ quo elapso. Iudex infra alios quinq̃ dies iuridicos causam expediat, in qua non sit opus alia pronuntia quam uel apodissam concedere, aut pronuntiare instrumentum uel Apocam non mereri executionem, quibus terminis & diebus elapsis perempta intelligatur instantia.

De Interrogatoriis ad testes dandis. Cap. VI.

ITem statuimus q̃ citatus ad dandum interrogatoria ad illam & sequeñ. dies, post habitam copiam Articulorum, uel alterius actus super quo intenditur Testes examinari facere, & nõ dederit sibi imputetur & examinetur sine interrogatoriis sub religione

tamen notarii interrogantis, qui omnino teneatur interrogare de cauſa ſcientiæ loco tempore & præſentibus, nec opus ſit alia pronuntia ſuper dandis interrogatoriis, qui terminus intelligatur per hanc legem datus; cui per iudicem non poſſit derogari, uolumus tamen ꝙ quocunq; tempore nondum perfecto examine darentur interrogatoria, expenſis tamen examinari uolentis ſuper dictis ſuis interrogatoriis recipiãtur, & ſuꝑ illis interrogẽtur illi teſtes qui non eſſent tunc examinati, arbitrio tamẽ iudicis interueniẽte, ne fiat fraus circa ſubornationem teſtium & expeditionem cauſe, quocunq; ſtilo in contrarium non obſtante, quem uolumus per hanc legem abolitum eſſe.

De Notariis Moroſis in Teſtibus examinandis. Cap. VII.

ITem ꝙ Notarii ſint diligentes in examinandis teſtibus & ſi requiſiti legitime oblato uel depoſito uiatico ſiue debita mercede, non examinarent ipſo iure intelligantur eſſe priuati ipſa cauſa, qui non poſſint per iudicem reintegrari, & ſi fuerint Reintegrati, eorum acta & examen nõ ualeat niſi fuerint iuſta cauſa impediti & a iudice approbata, & interim ante approbationem cauſe non ſcribant, neq; aliquid faciant in illa cauſa ſub pena falſi, quo caſu retardati examinis teneantur parti ad intereſſe, & alter ſolus examinet niſi alius ſtatim ad inſtantiam partis addatur ad examen, qui illico habitis ſcripturis ad examen neceſſariis ſub ſimili pena examinet.

De Notariis notatis & remotis. Cap. VIII.

VOlumus ꝙ Notarius qui ter remotus fuerit a cauſis in quibus ſcribebat, ipſo iure intelligatur eſſe priuatus ab officio Notariatus illius & alterius Capitolii tribunalis, itaq; perpetuo ſcribere non poſſit ſub pena falſi, & hæc exceptio & accuſatio contra eũ ſit popularis.

De excommunicationis seu diffidationis exceptione. Cap. IX.

ITem statuimus ꝙ obiiciens exceptionem excommunicationis seu diffidationis post conclusionem in causa per iudicem uel statutum uel partes præsumatur calumniose opponere, & sententiæ interim promulgatio non retardetur & ualeat, ante uero conclusionem opponens deponat certam quãtitatem pecuniarũ arbitrio iudicis in ea mulctandus aduersario assignanda illico si non legitimę probauerit, & alias non audiatur tanquã præsumptus calũniosus. Idẽ seruetur cõtra opponẽtes exceptiones noui pacti, cõuẽtionis, uel liberationis aut satisfactionis, pendentisue alibi litis, factæ quando opponũtur ad impediẽdũ executionẽ rei iudicatæ, uel aliã quãcunq̃ executionẽ & executio rei iudicatæ non impediatur nisi facto deponatur res pro qua executio petitur.

Qua littera siue caracteribus extractus & regestra fiant. Cap. X.

ITem statuimus ꝙ extractus & Regestra fiant littera Italica, simpliciter descriptis actis de uerbo ad uerbum prout iacẽt scripta ab initio, nihil addito, neq̃ diminuto, alias partes nõ teneãtur pro illo aliquid soluere & notarius incidat in penã decẽ ducatorũ. Itẽ deponẽs pro aduersario nõ deponat nisi debitanter mercedem, & quicquid ultra deposuerit, non sit ius recuperandi ab aduersario ꝓ quo deposuit, nec ualeat depositio ante causam instructam & finitum extractum, & legitime facto computo cartarum.

De temporibus dandarum & reluendarum copiarum. Cap. XI.

ITem statuimus ꝙ debeat Notarius omnes copias, petitas dare ad primam, & si nimis magnæ fuerint infra duos aut tres dies, sub pena remotionis a causa, nisi fuerit iusta causa impeditus, &

intelligatur ipso iure priuatus, & acta per eius manus in illa causa postea sint nulla, & similiter pars petens intelligatur ipso iure monita ad reluendum ad illam eandem diem, qua notarius tenetur dare, & non opus sit alterius citare ad reluendum, quocunque stilo in contrarium non obstāte, qui per presentem legem intelligatur abolitus & sublatus, declarantes q tempora dandarum copiarum non computentur in dilationibus pendentibus, & notarius teneatur sub eadem pena diem date uel oblatæ copiæ in actis annotare.

Vt nihil pro ostendendis portandisue actis exigatur. Cap. XII.

QVod notarii nihil recipiant pro ostendendis actis & scripturis productis iudicii, neque pro portatione actorum & extractuum uel regestrorum sub pena priuationis officii ipso iure itaque possit ab alio tanquā uacans impetrari, sed sufficiat sibi sua merces.

De stilis sublatis. Cap. XIII.

PEr presentem legem tollimus stilum de assignando termino trium dierū ad iustificandum et impugnandum commissionē, sed sufficiat citatio ad dicendum contra commissionem & prorogatio termini ad primam post habitam copiam a petente.

SI uero aliquid opponatur quod probatione indigeat tunc petēti terminus per hanc legem utrique parti quinque dierum ad probandum & probatum habendum statutis sit.

¶ Item q deposita sportularum non possint repeti, nisi una cum expen. litis, per eum qui finalem uictoriam obtinuerit Accedentes autem ad alias curias incidant in penas amissi depositi ipso iure, & procurator qui interuenerit pro eo sit ipso iure infamis: infamia iuris & facti, & interdictus officio procuratorum, & eius nomine scribatur in tabula infamium in ualuis Capitolii, & nihilominus teneatur senator in hoc iurisdictionē Capitolinam defendere.

De eodem Cap.xiiii.

SImiliter tollimus stilum citandi ad reluendum copiam impu-tetur petenti si non institerit pro ipsa habenda & sufficit ac-cusatio contumaciæ non reluetis.

Item tollimus superstitiosum stilum petenti specificari materi-as, sed sufficiat medio iuramento datas.

De eodem. Cap.xv.

SImiliter tollimus stilum faciendi mandatum reo de soluendis expensis taxatis infra octo dies sed taxatione facta sufficiat vnica citatio ad soluendum secundum taxationem & apodissetur.

Stilus quomodo probetur. Cap.xvi.

ITem ꝙ nullus stilus possit probari per folium subscriben-tium neq; valeat talis probatio, Sed probetur per testes iure iu-ratos & examinatos, & interrogatos super articulis & interroga-toriis partium respectiue, quatenus dare velint alias probatus per tales subscriptiones nullam fidem faciat.

De rescriptis subreptitiis & sportulis. Cap.xvii.

Item ꝙ processus, prouinciæ, ac sententiæ latæ, in vim rescrip-ti sub reptitii vel obreptitii sint ipso iure nullæ, & iudex qui se gerit pro Commissario virtute talis rescripti subreptitii vel obreptitii nullas sportulas exigat, neq; modo aliquo recipiat, quas si receperit, in dicto casu imputetur sibi in Symoniam & pro peccato symoniæ in syndicatu puniatur irremissibiliter, simili-terq; Symoniacus sit dans sportulas predictas, vltra alias penas in dictis nouis reformationibus adiectas.

De donationibus insinuandis. Cap.xviii.

VBicūq; donatio excedit summā seu valorē ducentoꝝ ducato-rū insinuari debeat intra sex mēses a, die donationis facte, alias sit nulla, & iuramētū nihil operetur, Ad validitatē autē dictæ dona tionis insinuatæ sufficiant duo testes etiam ꝙ se non subscribant.

De pactis & Donationibus non valituris, ac inualiditate iuramenti. Cap. xix.

de. lib. 4. cap. 23. arti. 7.

DEclarando et addendo nouæ constitutioni sub Rubrica predicta sic stare & obseruari debere, v3/quod pacta de non petendo, refutationes, quietationes, donationes, a quibuscumq mulieribus seu minoribus viginti Annorum masculis, sub patria potestate, siue sui iuris existentibus, nullius sint roboris vel momenti, nisi duobus consanguineis proximioribus adhibitis, quorum non intersit, etiam medio iuramento, approbantibus, non esse in preiudiciũ earundẽ mulierũ, seu minorũ et si sub patria potestate exist̃at, vocetur ex linea materna, & nihilominus pñtia patris interueniat, & si aliqui cõsanguinei non existerent, cũ curatoris legittimi auctoritate, ac semper cum iudicis decreto contrahere possent, & alias iuramentum prestitum censeatur metu aut dolose extortum & nihil operetur, & in omnibus cotractibus & negociis vbi quis masculus seu femina reperiatur lesus, vltra tertiam partem eius quod agitur iuramentum censeatur dolose extortum, & nihil operetur.

De Dotibus. Cap.xx.

DOs data a, fratribus sorori de bonis propriis fratrum & non paternis, soluto matrimonio per obitum sororis sine liberis, reuertatur ad dictos fratres & sic stipulari debeat.

De Rebus Minorum Seu Pupillorum Alienandis. Cap.xxi.

VBi aliqua alienatio per Tutores seu Curatores cum iudicis decreto, causa expressa & cognita, fieri contingat de rebus minorũ seu pupillorũ etiam stabilibus, & constet id factum fuisse in euidentem vtilitatem ipsorum minorum seu pupillorum talis alienatio valeat & teneat.

De donationibus propter Nuptias,& lucro dotali. Cap.xxii.

QVia alias ſtatutum fuit ꝙ Viri Conſumato matrimonio, lucrentur Quartam partē dotis,ad equalitatē donationis propter nuptias,quam mulieres lucrantur,& deinde ordinatū. quod huiuſmodi donatio propter nuptias mulieres lucrētur: ſiue dos ſoluta fuerit in pecunia,ſiue pignore tradita, vel fūdo dotali, conſtituta,vel aliter ſatisfacta fuerit etiam ſi in inſtrumēto dotali, nulla fiat mentio de huiuſmodi donatione , niſi expreſſe de cōtrahentium voluntate,de qua manifeſte cōſtiterit reperiatur remiſſa, ſtatuimus etiam in fauorem virorum idem ſeruari debere.

De eodem Cap. xxiii.

QVod lucrum dotale & donationis propter nuptias , ſemper intelligatur,deducta funeris impenſa , & vir in funere mulieris habeat veſtem lugubrem de bonis mulieris.

De ſucceſſoribus ab inteſtato. Cap.xxiiii.

DEfuncto ſine filiis ab inteſtato ſuccedant pariter germani fratres,etiam non vterini,excluſis ſororibus,dummodo ſint cōgrue dotate,vel fratres ſint parati eas dotare.

De eodem. Cap.xxv.

FIlii poſiti in conditione fideicommiſſi, cenſeantur ad fideicommiſſum tacite vocati.

De penis conuentionalibus. Cap.xxvi

VBi debitor fuerit in mora uel culpa non adimplendi promiſſa, eatenus pene conuentionales peti poſſint quantum actor iurauerit ſua intereſſe taxatione iudicis præcedente,& in euictionibus poſſit Apponi pena dupli, ac etiam exigi in euentum euictionis, non obſtañ. aliquo ſtatuto loquente de penis conuentionalibus non exigendis.

De obligationibus facti Cap. xxvii.

IN obligationibus facti, vbi quis potest adimplere factum promissum, possit precie cogi ad factum, de quo stetur Arbitrio iudicis, alias teneatur ad interesse, iuxta iuramentum principalis, taxatione iudicis praecedente.

Quomodo procedatur contra potentiores, qui molestant aliquem in suis possessionibus. Cap. xxviii.

AD obuiandum insolentiis aliquorum, praesertim Baronum qui adeo secrete vel palam molestant habentes possessiones, maxime vicinas in eorum Terris seu Territoriis, vt eorum domini non possint, illas quiete possidere nec ex eis fructus colligere, statuimus q̃ dominus Senator, constito ei per depositionem trium testiũ etiã extraiudicialiter ex eius officio examinatorum, ac famam hominũ ibidem cõuersantiũ vicinorum seu custodũ de hmõi perturbationibus seu inquietationibus, Illico mãdet eidẽ Barono aut vniuersitati seu psone molestanti sub aliqua graui pecuniaria pena, vt ab hmõi perturbationibus seu inquietationibus & molestiis desistant, cautionẽq; idoneam de desistendo prestet, & casu quo non desistant, itaq; dñs rei vlterius non conqueratur seu dictam cautionem non dederit, prefatus dñs Senator, per omne genus exactionis aut missionis in possessionem bonorũ dicti molestantis, etiam cum represaliis cogat ad desistẽdum, & hmõi penam impositam exigat sub pena Quinquaginta ducatorum auri in Sindicatu retinenda & incurrenda quotiens requisitus fuerit dictus Senator.

De appocis priuatus. Cap. xxix.

APpoca seu alia scriptura recognita per tres testes, qui manum & scripturam scribentis recognouerint, etiam si non fuissent praesentes confectioni talis scripturae intelligatur plene recognita, & habeat executionem iuxta formam statuti.

De cessione bonorum certo modo admittenda. Cap. xxx.

QVod noua Constitutio de cessione bonorum omnino seruetur nec per cõmissionem aliquam censeatur ei derogatum, & vbicumq; per commissionem forte admitteretur ad cessionem bo-

norum, seu terminum Quinquenalem, detur cessio huiusmodi coram domino Senatore existente in tribunali, tuba publice pulsata, & nihilominus non audiatur in huiusmodi causa, nisi constituat se in carceribus uel caueat de soluendo in casu succumbentiæ.

De executoribus negligentibus. Cap. xxxi.

EXecutor quicunq; teneatur infra tres dies fecisse executionem, alias mulctetur pena decem ducatorum vel arbitrio Senatoris, nisi ipse probet legitimum impedimentum.

De prodigiis, & qui prodigi reputetur. Cap. xxxii.

QVod illi qui reperiuntur absq; aliquo casu fortui to, vel ex iusta causa alienasse maiorem partem bonorum suorum, sint habiti & reputati pro prodigiis, & censeatur eis ipso iure bonis interdictum absq; alio facto iudicis & cum eis contrahi non possit absq; curatore.

De causis Domino Senatori committendis. Cap. xxxiii.

SI contingat Dominum Senatorem minime esse iurisperitum q; dicto casu dominus locumtenens pro tempore existens habeat cognoscere & decidere causas eidem Senatori commissas siue coram cogitatas. Nec possit Senator alium iudicem loco prefati locūtenētis super cognitione seu decisione dictarū causarū deputare.

De mercedibus notariorum pro actis iudiciariis quibuscunq; Cap. xxxiiii.

IN primis pro qualibet comparatione contradictione, relatione, & pronuntia fienda pro quolibet notario a, qualibet parte bolonenum unum.

Item pro qualibet constitutione litis, cū iuramento calumnie, pro quolibet notario, bolonenos duos, a qualibet parte cōtestantis.

Item pro responsionibus Articulorum pro quolibet Articulo a, qualibet parte denarios quatuor.

Item pro responsione interrogatorium a, parte respondentis bolo nenos tres tam si sint duo notarii quam si sit vnus.

¶Item pro iuramento cuiuslibet testis denarios octo.
¶Item pro examine cuiuslibet testis vsq ad numerũ quinq vel sex Cpitulorum tres bolonenos, pro quolibet notario, sed si capitula ascenderint ad maiorem numerum, & causa esset implicita & grauis multorum capitulorum, soluet Notariis secundũ laborẽ fiendũ taxatione correctorum seu iudicis coram quo causa pendet indecisa.
¶Item pro interrogatione seu examinatione fienda super interrogationis productis contra capitula, soluet producens medietatem illius quod soluitur per producentum Capitula.
¶Item pro verbali petitione, publicatione testium & processus, & pro termino dato ad dicẽdũ cõtra bolonenos duos pro quolibet notario, a qualibet parte pro quã fuerit facta dicta publicatio & petitio.
¶Item pro qualibet appellatione & procuratione ad causa bolonenos duos si apud acta.
¶Item pro quolibet instrumento procurationis ad, recipiendum, & quietandum, transigendum, & componendum, paciscendum & hiis similia Carlenos duos.
¶Item pro quolibet folio copiarum bolonenos tres, quæ copiæ debeant habere versus viginti prò qualibet facie & quilibet versus debeat habere octo dictiones ad minus, aut Trigintaduas litteras, pro aliis autem iudiciorum actibus si de salario reuocat in dubium, taxetur per correctores collegii, & eorum dictis stetur.
¶Item pro instrumento tutele cum Inuentario tutelari, aut sine, pro publicatione Carlenos quattuor.
¶Item pro stipulatione & scriptura ipsius Carlenos duos.
¶Item pro instrumento aditionis hereditatis cum beneficio legis & inuentarii, & Bannimento, & citatione facta in forma, ad uidendum confici dictum inuentarium, in totum ducatum vnum, nisi esset magna hereditas, quo casu stetur declarationi correctorum, seu iudicis Capitolii de Salario vel mercede notariorum rogatorum, si de solutione verteretur questio inter partes.
¶Itẽ pro scriptura & stipulatione ipsius inuẽtarii Bolonenos tres.
¶Item pro rogitu instrumenti subharrationis Carlenos duos.
¶Item pro rogitu cuiuslibet securitatis seu Pacis Carlenum vnum tamen habeatur respectus ad materiam & personas.

De diffidatis ciuiliter. Cap.xxxv.

CIuiliter diffidati non audiantur, nec in agendo, nec in defendendo, nec possint obtinere aliquod officium Romanis dari solitum donec satisfecerint & Reaffidati fuerint.

De liberatis e carceribus in festo assumptionis beate Virginis. Cap.xxxvi.

QVi semel extractus fuerit seu liberatus, de Carceribus, in honorem festiuitatis Assumptionis Beate virginis de mense Augusti, ex benignitate sanctissimi domini nostri non possit vlterius similem gratiam obtinere.

Quod seruetur ius commune. Cap.xxxvii.

DEclarantes statutum ꝙ inter Ciues Incolas & districtuales vbiq̧ seruetur statutum vrbis, & vbi statutum non disponit seruetur ius ciuile, vbi deficit ius ciuile tunc ad Canones deueniendũ, nec immerito, postq̃ in hac vrbe Roma iura ciuilia orta auctaq̧ sunt & ad alios populos defluxerunt, & quod plus est adhuc benigne suscepta seruantur.

Quod imbussulentur & eligantur iudices. xxxviii.

ET quoniam parum est iura condere nisi sint sapientes & boni iudices qui obseruari faciant, & ad finem vt Canonice iudicum procedat electio, fiat vna Bussula grauissimorum & sapientũ virorum qui quinquênio ante sint doctorati publice in collegio doctorum & aliquod exercuerint officium iudicatus & Inbussulẽt quot haberi poterunt per quattuor inbussulatores eligendos per consilium, quorum inbussulatorum, unus sit doctor Romanus, alter procurator Capitolinus duo sint ciues Romani probi & graues qui facta diligenti inuestigatione de iuris sapintibus in Italia sub fide iuramenti tot imbussulent quot ad eorum notitiam, ex relatu fidedignorum hominum peruenerint, & oẽs illi qui fuerint approbati concorditer inter ipsos inbussulatores nemine discrepante, inbussulent, cuius Bussule sint tres Claues, vna penes dños Conseruatores, alia penes Priorem Capitum Regionum, & alia

penes Procõsules collegii, reponatur Bussula, & Capsa in sacristia de Araceli & inde non deferatur in Palatium dominorum Conseruatorum, nisi publice sub clangore tubarum associata, a Proconsulibus collegii & Correctoribus & ab inbussulatoribus & aliis per dominos Conseruatores deputandis, & aperiatur in consilio publico & inde extrahantur tres pallotte vna post aliã, quæ sint sigillatæ. Sigillo inbussulatorũ publice recognite, de quibus omnibus sit rogatus scriba senatus siue notarius dominorũ Conseruatoꝝ & illi tres sic extracti quorum nomina deferantur ad Sanctissimum dominum nostrum Papam incontinenti per dominos Conseruatores, Cancellarios Priorem capitum Regionum & inbussulatores omnibus requisitis saltem duos, & qui ex illis tribus sic electus, a Sanctissimo domino nostro fuerit, intelligatur & sit locumtenens domini Senatoris, & Primus collateralis Curie Capitolii ad unum annum integrum, qui refirmari non possit, reliqui duo qui remanserint iterum ponantur inbussula inclusi palocta vt supra, & aliter facta extractio non valeat ipso iure & ex eadem bussula extrahantur iudices Appellationum, quæquidem extractio fiat sexto mense ante vacationem officii & statim notificetur illi sic exrracto & electo vbi fuerit cum conditionibus officii salariis & emolumentis ad finem vt possit deliberare an velit acceptare, & tempus habeat ad componendas Sarcinulas, qui si non acceptauerit possit similiter eligi alius, & extrahatur, & eligatur vt supra & tot successiue elegantur donec vnus acceptet.

SImilis Bussula fiat de secundo Collaterali Capitolii qui sic electi doceant ante ingressum suorum officiorum per litteras patentes auctenticas doctoratus & Legalitatis fidei, & similiter de bene administratis officiis ab aliis Ciuitatibus vbi magistratum gesserunt, & eadem dispositio seruetur de primo Collaterali & iudice Appellationum.

De priuilegiis exemplandorum instrumentorum sublatis. Cap. xxxix.

ET quia multi impetrauerunt Priuilegia de exemplãdis & transumptandis instrumentis, maxime ex Prothocollis & Abbreuiaturis notariorum Mortuorum, non obseruata solemnitate requisita ac matura cognitione ex forma statutorum vrbis, vnde multa inconuenientia nascuntur, maxime multa auctẽticatur, quæ non

merentur auctenticari, ideo statuimus instrumenta exēplanda non seruata forma statutorum vrbis nullam executionem mereri, neq̨ fidem aliquam eis adhiberi in quocunq̨ iudicio, non obstantibus quibuscunq̨ priuilegiis in contrarium impetratis sed sint ipso iure nulla, nulliusq̨ fidei & vigoris.

Declaratio ad statuta de compromissis faciendis. Cap. xl

ITem declarantes ambiguitatem statutorum de compromissis faciendis, exceptis causis liquidorum instrumentorum vel que de facili liquidari possunt, intelligi debere de causis instrumentorum quando via executiua, iudicium agitatur, non autem quando aliter agitur & in ipso processu producuntur instrumenta, ad probandum & causam instruendum, quo casu non impediatur petitio cōpromissi.

De consultore eligendo. Cap. xli.

ITem declarando statutum in nouis super electione cōsultorum volumus q̨ decursis tribus diebus datis partibus ad concordandum de consultore, statim die sequenti iudex ex suo officio, datis vel non dictas suspectis secretim, a partibus de bonis & doctis viris non suspectis in vnam Bussulam coniectis, extrahatur vnus, presentibus vel ad hoc monitis vel Citatis partibus, publice, pro tribunali sedeñ. & ille remaneat consultor, alie vero cartule vbi descripta sunt nomina aliorum qui remanserunt in bussula, ibi statim publice inuoluantur non lecte in aliqua crumena vel Sacculo, Sigillis partium si voluerint, vel aliorum loco partium signato, retinenda penes iudicem vel notarium cause donec extractus acceptauerit, Qui si non acceptauerit statim facta notificatione per appellantem, scilicet intra vnum diem tunc extrahatur alter, & deinde alius donec vnus reperiatur qui acceptet qua acceptatione facta ad instantiam petentis partis aliorum nomina, qui in sacculo remanserunt publice legantur & notarius cause describat omnia nomina tam extractorum quam non extractorum in eius actis sub pena falsi, & hoc ad obuiandum fraudibus, que solent in electione consultorum fieri.

De tertio arbitro eligendo. Cap. xlii.

ADdentes statutis de compromissis declaramus quod idem modus & forma vt supra in proximo Capitulo de consultore, seruetur in electione Tertii in causis compromissariis ex forma statutorum & fiat electio de personis idoneis. secundum naturam cause, vt si habet articulos iuris, eligatur doctor, si pendet a peritia artis alicuius eligatur de peritis in illa & sic de similibus, & non expectetur discordia arbitrorum, sed statim fiat in singulis compromissis electio tertii, post arbitros, & in reliquis seruetur ordo aliorum statutorum. & Senator sub pena Quingentorū Ducatorum teneatur compellere Arbitros sic electos, vel post causam instructam sententiam dicere, quacunque parte petente, Volumus tamen quod electio dictorum arbitrorū fiat de illis personis que possunt per Senatorem & eius iudices compelli ad iudicandum, & qui alias personas eligit, presumatur calumniose eligere vti sunt Barones, prælati, Clerici Brigosi, & vagabundi, & similes reliqui, & peremptorie monitus idoneos eligere, & si non eligat, & si ille idem qui petit compromissum, procedatur in causa non obstante petitione compromissi. si vero sit aduersarius tunc Senator vel iudex pro eo eligat ex officio vnum suo arbitrio, quodque dicti arbitri sic electi si acceptauerint, iurare debeant in manibus Senatoris siue iudicis se ex bona fide, & veritate & iustitia, vel partium consensu sententiam omnino dicturos.

De officiis notariorum. Cap. xliii

ITem statuimus quod officia notariatus ad Tribunalia iudicum non possint exerceri neque impetrari nisi per notarios Romanos matricolatos qui sequuti fuerint procuratorem aliquem per tres annos continuos, fuerintque examinati & approbati per officiales collegii, alias quod non possint matriculari & habentur pro non admissis. eorumque scripturis actis & instrumentis nulla fides adhibeatur & aliter impetrata non valeant & eorum actis & scripturis nulla fides adhibeatur, similiterque seruetur statutum de non exercendis officiis per substitutos, sub pena ipso iure amissionis officii & aliis in statuto contentis.

Quod cause per assettamentum terminentur. Cap. xliiii.

ITem statuimus ꝙ in oibus sententiis & articulis preiudicialibus de Consilio & voto totius assettamenti pronuntietur & iudicetur, & de tali assettamēto & votatione sit rogatus Notarius cause alias sententia non valeat ipso iure, & hoc si aliqua partium petierit poni in assettamento, & omnes iudices teneatur sine aliqua mercede & sportulis votare, sub pena. xxv. ducatorum ipso facto incurrenda, & si quid datum vel receptum fuerit aut promissum pro tali assettamento, & votatione vni vel pluribus ex iudicibus, sententia sit ipso iure nnlla, respectu tantum cōmittentis huiusmodi Simoniam & iudicibus imputetur in Simoniā & corruptelam, & pro delicto Symonie irremissibiliter in Sindicatu puniatur, & possit talis iudex ab officio remoueri, arbitrio Conseruatorum.

Quod pro assettamentis nihil omnino soluatur. Cap. xlv.

ITem in assettamentis maleficiorum volumus obseruari ne quis iudex aliusue officialis aliquid ꝓ votis in assettamētis neq; pro ipso Assettamento recipiat promissione vel facto sub pena .xxv. ducatorum, & Symonie & ipso facto intelligatur Symoniā fecisse, & in Sindicatu pro Symoniaco inremissibiliter puniatur, & arbitrio Conseruatorum possit ab officio remoueri, & nihilominus ipsa assettamenti deliberatio, Itaq; de nouo contra illum pro quo fuit acceptatum, possit inquiri in eodem delicto, non obstante tali assettamento, quod Symoniacum & per corruptelam factum præsumatur per hanc legem, & similiter prothonotarius de assettamēto rogatus, non audeat pro assettamento plus capere quam pro sententia simplici capi potest, sub pena falsi & priuationis officii.

De moderatione Sportularum. Cap. xlvi.

ITem ad moderandas Spôrtularum exactiones constituimus nullas Sportulas deberi in causis ordinariis sed in mere Commissariis videlicet a xxv. infra Carlenos quinq; pro parte qualibet, a. xxv. vsq; in Quinquaginta Iulios, quinq;, a Quinquaginta vsq; in Centum Iulios, Decem, a Centum vsq; in quamcunq; summam, non possint excedere summam duorum Ducatorum Auri pro Qualibet parte, & quicquid vltra fuerit datum promissumue cōputetur in Symoniam, & pro peccato Symoniæ

in Syndicatu puniatur,& interim arbitrio Conseruatorum possit iudex ab officio remoueri,& nihilominus sententia sit ipso iure nulla respectu tantum Cōmittentis huiusmodi Symoniam tāquam per corruptelam lata, & plus dantes sint infames Simoniaci.

Ne liceat secundo prouocare. Cap.xlvii.

ITem clarius specificantes aliud statutum declaramus in nulla causa secundo prouocare licere, & hoc similiter statutū in omnibus Curiis,contra Ciues ac Incolas & districtuales Vrbis, seruari debere volumus,& alias processus contra presens statutum sit perpetuo nullus ipso iure.

De temporibus Apostolorum petendorum Cap.xlviii.

INsuper declaramus,quando legitime sunt petiti Apostoli ab appellātibus,& iudex a quo, monuerit ad terminum iuris,ꝙ terminus iuris intelligatur ille idem terminus,qui datus est a statuto, ad representandum appellationem coram iudice ad quem ꝙꝙ non liceat iudici assignare longiorem terminum ad recipiendum Apostolos,neq̧ ad longiorem diem monere,in quo termino statuto,& in quacunq̧ parte illius diei petitis sufficiant, & durante termino apostolorum dato per iudicem nihil omnino neq̧ per partē intimatam innouetur.

De appellationibus non recipiendis Cap. xlix.

ET quia experientia docuit remedium appellationis, inductum contra iniquitates , sepissime iniquitatis fit instrumentum , & per frequentes appellationis a cōfictis etiam grauaminibus lites fiunt immortales,Idcirco statuimus ꝙ ante difinitiuam sententiam, nullo pacto liceat appellare, nec modo aliquo reclamare , etiam si pronuntiæ vim diffinitiue haberent,quæ alias per sententiā diffinitiuā reparari possent,sed omnia grauamina,& eoꝝ cognitio,disputatio & diffinitio,ipso iure intelligātur,per hanc legem, sine ministerio iudicātis reseruatæ in fine,& ideo omnes exceptiones,replicationē. Articuli, testes,instrumenta quæcunq̧ intelligant ipso iure saluis exceptiōibus & iuribus hic inde ī fine cause discutiētis, quo casu admissa quæ admitti non debeant, iura , testes , & instru-

menta, habeantur pro non productis, neq; admissis, & nullam fide faciant, neq; adminiculum ad mouendum animum iudicis. & iudex super Articulis reseruatis diffinitiue pronuntiando, intelligatur tacite illos reiecisse, & quia sunt nõnulli casus impeditis litis ingressum. Qui nullo pacto reseruari possunt, vt exceptio iudicis incompetentis litispendeñ. Rei iudicate, iuramenti litis decisiui, deferendi transactionis, litis finitæ, petiti compromissi, præposterati ordinis subst̃atialis. causæ præiudicialis, pendẽtis termini ad pficiendũ inuentarium, secundum. l. fi. C. de iur. delib. pacti de nõ petendo ad tempus & excommunicationis maioris, & aliis casibus quibus per statuta prohibetur audientia, uel actio agenti denegatur expresse, in quibus omnibus suprascriptis grauato liceat appellare, volumus tamen q̃ talis appellans, nullo modo audiatur per iudicem ad quem, nisi deponat apud Camerarium Cameræ vrbis infrascriptas summas, in pecunia vel pignoribus mobilibus duplum valentibus assignandis statim appellato in casum quo pronuntiaretur contra appellationem videlicet. In causa decem ducatorum ducatum vnũ In causa a. xxv. duc. infra ducatos duos, & in causa quinquaginta ducatorum infra ducatos quinq;, a quinquaginta supra ducatos decem, a Centum supra vsq; in infinitum ducatos quindecim, & nihilominus ad expensas litis, teneatur, quæ pecuniæ deponi debeant apud aliquem campsorem ad electionem appellati.

De eodem. Cap. I.

QVod a quibuscunq; Pronuntiis, de exequendo & apodissarũ concessione nulla recipiatur appellatio nisi appellans infra tres dies, a die representatæ appellationis deponat apud aliquem Idoneum campsorem, summam iudicatam aut pignora equiualentia, etiam si appellatus non requisiuerit depositum, & si esset summa notabilis, a Centum duc. supra, & reus persona que uerisimiliter non habeat tot pignora, possit deponere res stabiles plus valentes ad electionem partis aduersæ infra triduum vt supra, Alias appellatio sit deserta, & prima sententia firma remaneat, & in obligationibus facti ipse appellãs teneat deponere quantũ appellatus iurauerit sua interresse, iudicis taxatiõe p̃cedẽte, Declarãtes q̃ hmõi

statutum habeat locum tantum in pronuntiis de exequẽdo non autem in executionibus iam concessis, pura in obligationibus in forma camere, A quibus ꝓpter cõfessionẽ partis nõ liceat appellare.

De eodem. Cap. li.

SImiliter a, taxatione expense. Appellans non audiatur nisi summam taxatam vt prefertur deponat, aut pignora, plus valentia modo predicto.

De appellationibus. Cap. lii.

QVod omnes appellationes ante sententiam diffinitiuam debeant interponi per manus notarii cause, nisi docto de legitimo impedimento, alias appellatio non valeat.

De eodem. Cap. liii.

QVod in causis appellationum possint induci testes de nouo reperti & examinari facere super articulis datis in prima instantia, vel de nouo dandis, dũmodo pars iuret de nouo reperisse, & idem intelligatur de instrumentis & aliis scripturis.

De eodem. Cap. liiii.

QVod in omnibus causis appellationum, si instantia deseratur a tali desertione, nullatenus appellari liceat, nec aliqua admittatur appellatio, sed talis desertio rem faciat iudicatam, & iudex aut mandatum executiuum dare, uel causam desertã, & instantiam peremptam, pronuntiare teneatur ad electionem partis petentis.

De Salariis & Sportulis Capitanei & Iudicis appellationum. Cap. lv.

ET quia capitanei & Iudicis appellationum salarium est paruũ propter quod graues & docti viri illud officium recusare solent, statuimus vltra salarium a, Camera recipere consuetum diffinitiua habeat in causa decẽ duc. infra carlenos duos, a qualibet parte, a decẽ duc. vsq; in. xxv. carlenos quatuor, a. xxv. vsq; in. l. carlenos quinque, a Quinquaginta vsque in Centum habeat ducatum

vnum de carlenis,a Centum vsq; ad Quadringentos Iulios decem, a quadringentis vsq; in infinitum ducatos duos auri,a qualibet parte,& hoc siue causa sit ordinaria siue cõmissaria, Quod si maiores sportulas receperit facto vel promissione incidat in pena viginti ducatorum & in dilictum Simoniæ imputetur, & de Symonia in Sindicatu puniatur,possitq; interim ab officio,Arbitrio conseruatorum remoueri,Et nihilominus sententia sit ipso iure nulla vt supra dictum est tãquam per corruptelam lata & dantes plus sint infames Symoniaci,quibuscũq; in contrariũ facientibus non obstantibus,excipimus tamen a,predicta solutione sportularum, causas mercedum & miserabilium personarum,a quibus nihil exigi volumus,sub penis predictis in quibus causis uolumus etiam extraiudicialiter procedi.

De ordinatione notariorum Curie Capitolii. Cap. lvi.

ET quia certa statuta,ordinationes,seu constitutiones tempore Magnifici viri domini Egidii Angeli de Archa de Narnia, Iuris vtriusq; doctoris,militis,& Comitis, Almaq; vrbis tunc Senatoris,facta seu editas circa notarios curiæ Capitolii in Abusum & dissuetudinem deuenerunt,seu forte minime receptæ extiterũt, dicteq; constitutiones , seu ordinationes satis vtiles & necessarie fuerunt & sunt,Ea propter hmõi constitutiones & ordinationes renouamus,easq; obseruari debere statuimus,atq; ordinamus,Quarum , quidem constitutionum seu ordinationum tenor talis est. prout infra sequitur videlicet.

ET primo addendo.xlvii.capitulo sub Rubrica de officiis notariorum supra posito,statuimus q; nullus possit nec audeat officium notariatus exercere in curia Capitolii & eius foro , nec ad Tribunalia dicti fori scribere,nisi sit Romanus ciuis uel domiciliũ habens in vrbe pro Ciue Romano secundum statuta vrbis reputatus,& nisi sit matriculatus in matricula conseruatorum Cameræ vrbis,sub pena decem ducatorum vt supra applicandorum & ab eo irremissibiliter eo ipso auferendorum qualibet vice,& vlterius q; actis & gestis suis nulla fides adhibeatur.

ITem q; quilibet notarius describens Contractus teneatur & debeat singulis Annis facere prothocollum bene ligatum cum numero

mero Cartharum Stampatarum ſtampa collegii notariorum vrbis, cum intitulatione Annorum Domini, Pontificatu, menſibus & diebus, ſubſcriptione & ſigno ſuo vbi omnes Contractus de quibus rogatus erit ſaltim ſubſtantialiter ſcribere & Annotare debeat & Prothocolla ipſa infra octauam natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti Stampanda, Dominus Proconſulibus & Correctoribus pro tempore exhibere inſpicięda, an contineant dictam ſolēnitatem ſub pena decem ducatorum auri vt ſupra applicanda, ac ſub pena ſuſpenſionis officii per Annum.

ITem ꝙ nullus notarius actuarius audeat ſedere apud tribunal alicuius ex iudicibus Capitolinis, niſi ſit deputatus per Senatorem, Proconſules, & Correctores, & alios officiales dicti Collegii pro tempore, & abſꝗ eorum mandato in ſcriptis habito, ſub pena decem ducatorum vt ſupra applicanda.

ITem ꝙ nullus notarius ad Banchum vt ſupra ad ſcribendum deputatus, audeat, ex Bancho, Iudice pro Tribunali ibi ſedente, diſcedere, & per Capitolium diſcurrere, ſed apud Tribunal ſtare quamdiu iudex ſedebit ad Tribunal, ſub pena decem librarum qualibet vice, vt ſupra applicanda.

ITem ꝙ nullus notarius ad Banchum vt prefertur, deputatus poſſit exercere aliquod officium procurationis apud Banchum apud quem eſt deputatus ſub pena decem ducatorum vt ſupra applicanda qualibet Vice.

ITem ꝙ quilibet Notarius ad aliquod Tribunal dicti fori deputatus debeat tenere librum manualem bene ligatum, Cum numero Cartarum Stampatraum ſtampa dicti Collegii. In quo debeat omnia acta Conſcribere, antequā de Bancho recedat ſaltim ſubſtantialiter ſub pena repulſionis, a dicto Tribunali & vnius ducati applicanda vt ſupra.

ITem ꝙ Nullus Notarius ad Banchum ad ſcribendum deputatus audeat iura & ſcripturas. que producentur in Cauſis excedeñ ſummam decem ducatorum in quibus ipſe ſcribit & ad ſcribendum deputatus eſt, alicui partium reſtituere niſi dimiſſa Copia Collationata vel ſaltim parte Citata, & mandato Iudicis

interuenien sub pena decẽ ducatorum, pro qualibet vice vt supra Applicanda, possit tamẽ libere lite finita illa restituere, parte etiã citata, & non aliter.

ITem ꝙ quilibet Notarius actuarius in Causis quibuscunqȝ excedentibus tamen summam vigintiquinque ducatorum in quibus ipse ad scribendum deputatus est debeat de acti iuribus & scripturis omnibus que fierent & dabuntur in causis ipsis facere solemnem & ordinatum extractum, quem non debeat nec audeat alicui ex partibus principalibus confidere, sed solum procuratori cause ad tres vel quattuor dies & nõ magis, videndum pro sua informatione, quibus elapsis debeat ipse notarius ab ipso procuratore recuperare, necnon & dicta testium per extensum, a tergo extractus ligare & ipsi iudici dare, dum causa erit instructa pro illius expeditione altera partium petente, & fiat extractus modo & forma quibus supra, Debeat tamen dictum extractũ expeditum dare infra octo dies, a die habite Artæ Computandos, sub pena decem ducatorum qualibet vice vt supra applicanda & suspensionis ab officio per annum.

ITem ꝙ quilibet Notarius ad Banchum deputatus quandiu iudex sederit in taciturnitate & silentio maneat & solum vacet in scribendis actis & non audeat de causa aliqua coram iudicæ loqui, nisi interrogatus vel nisi procuratore cause absente, Quo casu possit supplere absentiam procuratoris pro informatione iudicis de actis sub pena decem librarum vt supra applicanda.

ITem est decretum & ordinatum ꝙ statutũ sub Rubrica de Prothocollis in libris notariorum defunctorum quod est in nouis reformationibus editis tempore felicis Recordationis Alexandri Papa. vi. In vsu ponatur, & in omnibus & per omnia prout in eo continetur, Quotienscũqȝ euenerit casus mortis alicuius notarii Romani obseruetur & executioni demandetur, sub penis in ipso statuto contentis, Itaqȝ quilibet notarius Romanus, contractus & alia acta publica scribens sit intentus sua Prothocolla & scripturas bene ornate & composite scribere, vt ab omnibus perpetuo laudari & Commendari possit & valeat.

CVm sicut accæpimus Dilecti filii Conseruatores Camerae Almæ Vrbis,ac alii vt præfertur deputati, Cõstitutiones & nouas Reformationes suprascriptas,ad vtilitatem Curiæ Capitolii & decisionem diuersorũ negociorum,statuerint & ordinauerint,Cupiantq́ illas per nos cõfirmari & approbari,Nos qui ea quæ ad vtilitatem & quietem dictæ curiæ & totius Vrbis fieri cõtingunt,vt firma & Illibata permaneãt,sũmis desideriis exortamur.Motu ꝓprio &c.Cõstitutiões & ordinatiões suprascriptas quas etiã per Venerabiles fratres nostros Laurentiũ de Puccis tituli Sanctorũ Quatuor Coronatorũ Presbiterum Cardinalem summumq́ penitentiarium ac Dominicum de Iacobatiis tituli Sancti Bartholomei in Insula.S.R.Ecclesiæ Presbyterum Cardinalem videri & examinari fecimus,Confirmamus & Approbamus, Supplentes omnes & singulos defectus, Tã iuris quã facti,si qui forsan interuenissent in eisdem,ac illos in dicta Curia Quoad Causarum processum,& Quoad alia etiam vbiq̃,in vrbe & eius districtu,prout alia vrbis statuta seruantur,debere seruari decernimus,& ita per iudices iudicari debere volumus, ac mandamus,Decernentes irritum & Inane si quid in contrarium factum fuerit vel attemptatum,Constitutionibus & ordinationibus apostolicis,Stilo palatii,Indultis quoq́ & priuilegiis,per nos vel prædecessores nostros Gubernatoribus vrbis,vel Auditoribus Cameræ,qui fuerint,vel qui nunc sunt,Concessis,quibus nisi per certa signa seu intersignia derogari non possit,quorum tenores pro ex pressis & hic Insertis haberi volumus,quibus ad effectũ perpetuæ validitatis & obseruationis præmissorum,simili Motu proprio & scientia expresse derogamus,Ceterisq́ in contrarium quomodo libet facientibus,non obstantibus quibuscunq́.

Placet ꝛ ita Confirmamus.I.

FINIS.